

Annales Ecclesiastici Baronii

96

CHRISTI
451.

LEONIS PAP.
12.

VALENTIN. 27. IMP.
MARCIANI 2.

Ieribus factus notior Barsumas, in quem ut infamissimum homicidam, quod S. Flaviani necis instigator fuisset, in Synodo postea conclamatum est. His igitur ingredi iussis, preces ab eis oblate Imperatori, necnon libellus ab eisdem Synodo datus recitari mandantur: Qui ubi ex libello, five epistola oblate Synodo cogniti sunt pro Diocesano supplices habere preces; ne lectio ulterius progradientur, sed ut ille cum libello e Synodo elicerentur, Synodus exclamavit. At Judices cognitores libellum integrum nihilominus legi iussuerunt, quo illi profitebantur se tantummodo Nicænam fidem amplecti, nullamque ejus expositionem admittere, contestati se potius extra alios seorsum a communione ipsorum vitam asturos, quam quicquam novi ad fidem pati superinduci. Ita quidem hypocrite illi, more Euticheris atque Dioecosri, sub mentito pallio Nicænae fidei novam fovebant heresim.

XCIV. Post hæc autem leitus est libellus a Catholicis Archimandritis oblatus adversus Eutychetem & ejus perfidiam confessantes, qui quidem ut pius a sancta Synodo probatus fuit. Interea vero tridui spatiū temporis datum est hereticis Archimandritis ad resipiscendum, atque Catholicæ fidei adversus Eutychetem subscribendum. Erat inter illos Maximus, qui dicebatur Eutychetis magister; ceteri vero post Carosum, Dorotheum, & Barsumam, captiose sibi Archimandritæ nomen usurpare inventi sunt, iidemque omnium improbissimi, utpote qui plurimi fuere scandalus atque ruina. His itaque rebus gestis clausa est a Patribus quarta Sessio.

XCV. Quinta Sessio. De Carofo & Dorotheo. Habet autem Græcum exemplar amplius quam Latinum quintam, quæ sequitur, Sessionem continentem duas Actiones, una eademque die habitas, nempe decimotertio Kal. Novemboris: in quarum priori actum ponitur de Carofo & Dorotheo, aliisque Eutychianis Archimandritis, qui libellum Marciano Imperatori obtulerant, petentes, ut sibi licet de fidei veritate cum Catholicis disputare coram ipso Imperatore. Quid autem eisdem responderit Marianus, voluit Synodo fieri manifestum per Alexandrum Visitatorem, & Joannem Decurionem: Qui ubi ingressi sunt Synodus, quæ nomine Imperatoris significanda erant, nota fecere, verbis istis Alexandro docente de responsione ab Imperatore hereticis data: *Hæc cum audisset Dominus Orbis, significavit per me, & dominum Joannem Decurionem: Si voluistis ego sedere inter vos atque alios monachos, & audiare inter utroque vos non hic sanctam & universalem Synodum fatigarem; sed cum ipsis convenienter, & nos de vobis certiores fecissent, dixi ut*

vos adestis, & ea quæ nescitis cognoscetis, & interrogando ea quæ non noscitis, addisceretis ab ipsis. Iustum igitur decrevimus vos ad Concilium abiisse. Nam (ut scias) quæcumque definierit sanctum & universale Concilium, ac mihi in scriptis dederit, ea sequor, his contentus sum, his fidem habeo. Hoc babete, nec a me aliud responsum accipitis. Ubi vero hæc ab Alessandro Imperatoris nomine sunt in Synodo coram Paribus enarrata; ab iisdem magnis præconiis eidem Marciano (ut par erat) acclamatum est, dignis laudibus tanti Principis sententiam prosequentibus. Hereticis vero ad resipiscendum datæ sunt induciae usque ad decimam quintam Novemboris. Hæc continet ejus diei prior Actio: qua quidem dignissimum habetur expressum exemplum, quid Principes semper respondere hereticis debeant, cum ab eis frequentibus libellis interpellantur, petentibus concedi de Christianæ fidei veritate libere disputare: ut eisdem minime quod exposcent indulgeant; sed ad Catholicæ religionis Antitheses, a quibus veritatem addiscant abiisse præcipiant. Quod quidem si ab iisdem hoc nostro infeliciusssimo saeculo (ut decebat) præstitum esset, nequaque Borealis Ecclesia adeo immensis exagitata cladibus esset.

Posterior vero ejusdem diei Actio tractationem continet obiecta controversiae inter Photium Episcopum Tria metropolis Primæ Phœnicie, & Eustathium Episcopum Berythi: eaque consignata Consulatu Marciani Imperatoris, die vero decimotertio Kalendas Novemboris, nempe post dies tres a celebrata quarta, de qua egimus, Sessione. Quamobrem eti post quartum, non tamen sub quarta, quasi una eademque die habita fuerit, ponenda est. Porro quod ad propositam in Synodo controversiam pertinet, res ita se habuit.

Antiquitus, secundum veterum per canones factam provinciarum distinctionem, Tria Ecclesia præferat jure metropolis Primæ Phœnicie: Accidit autem ut Imperator pragmatica sanctione aliam fecerit ejus provincia divisionem, ex qua complures civitates, quæ subiacebant Tyria, sub Berythi Ecclesia ponerentur, nempe Byblos, Botys, Tripolis, Orthodoxias, Arias, & Antaron. Huic autem divisioni cum minime Photius acquiesceret, judicium ea de re habitum est Constantinopoli coram Anatolio Episcopo Constantinopolitano, & aliis cum eo residentibus Episcopis; qui absentem Photium excommunicavit. Qui ut anathematis vinculo solveretur, licet invitatus, iussus tamen subscriptis Synodalibus decreto de aucto jure Ecclesia Berythensis super nominatas Ecclesias.

Cum

XCVI.
Actio in
causa Ty-
ria dic-
cessis.

XCVII.